Quaestionum Xenophontearum

Particula Quarta.

Scr.

G. Sauppe.

Liegnitz 1861.

Druck der W. Pfingsten'schen Buchdruckerei (E. v. Scheibner).

Xenophonteorum operum libri manuscripti quum neque multi neque veteres neque omnino satis boni sint, quotquot exstant eo accuratius excutiendi et perscrutandi videntur esse, quumque de fide et auctoritate eorum, quae e codicibus Parisinis enotata sunt a J. B. Gailio, dubitari coeptum esset a viris doctis, denuo eos libros, qui vel soli vel maxime fundamenta quasi operum praestantissimorum haberent, conferri aliquantum interfuit. Quam ad rem aliquid ego conferre institui ac primum quidem de *Historia graeca,* quae vel maxime novo quodam auxilio egere videretur, nonnulla cum hominibus ad eas res investigandas curiosis communicare coepi. Post Gailium ad eam partem libri, quae inde a III, 1, 5. usque ad III, 2, 20. pertinet, codices B. et D. inspexit Ludovicus Haeusserus eiusque studii fructum descripsit Hertleinius Observationum suarum in Historiam graecam part. II. p. 2. sqq. Hos vero ipsos codices, inter Parisinos longe illos praestantissimos, ego ante hos duodeviginti annos Parisiis contuli, quumque post longam studiorum meorum Xenophonteorum intercapedinem per huius scriptionis opportunitatem ad ea revocatus essem, si quae olim e libris Parisinis enotassem, partem eorum hic describerem, operae pretium facturus mihi videbar. Quod ne facerem, non me impedivit Ludovicus Dindorfius, qui vir doctus unus optime de Xenophonte meruit. Qui quum in praefatione editorum a se Oxonii Hellenicorum dixisset, codicis B. se accuratiorem collationem habuisse, codicis D. multo diligentiorem collationem exhibuisse, quaerere institui, mea opera quantum a Gailii potissimum et Dindorfii opibus differret. Atque in iis quidem, quae ab Haeussero descripta sunt, nonnihil discrepantiae infra significari videbis. Nonnulla ego aliter quam ille habeo descripta, veluti e codice D. 3, 1, 6. ἁλισαρνίαν, 3, 2, 2. ἐξῄεσαν, 6. ναυβάτας, 10. γῆν om., 13. τῇ στρατιᾷ superscr. ηγί; alia ille omnino praetermisit, cuius quidem rei exempla invenies 3, 1, 15. 19. 23. 2, 9. Quodsi Dindorfii novas opes ita comparatas vidissem, ut in iis recte videremur acquiescere posse, hac mea opera inutile quiddam mihi viderer suscipere. Verum res secus se habet. Codicem quidem B, qui utique e Parisinis optimus habendus est, Dindorfius diligenter collatum habuit et ducem praecipue secutus est. E primis Hellenicorum paragraphis ducentis triginta septem notas quadraginta tantum quattuor infra descriptas videbis a Dindorfianis discrepantes. Sed qui pene eiusdem dignitatis est codex D. iusto mihi plus iniuriae passus videtur esse. Quem quum totum contulissem, hic e primis tribus libris discrepantiam descripsi, quam si cum Dindorfii subsidiis conferre

volueris, notas fere ducentas quadraginta quinque differre invenies. Unde ne post Dindorfium quidem hanc meam operam inutilem videri debere ac pene incredibilem esse Gailii sententiam intelliges novam post se collationem ad palaeographiae tantum studia pertinere posse dicentis. De ratione autem inter libros B. et D. intercedente si quaeris, talem voluit esse Breitenbachius Diar. Antiq. 1851. 61. sqq., nondum scilicet cognitis meis additamentis, ut in tribus, de quibus hic agitur, Historiae graecae libris primis inter scripturas 220 diceret B. 186, D. 157. habere optimas, praeterea C. 97, E. 70, A. 44, G. 10, F. 4. Quod idem dixit D. cum B. in his libris 140 habere scripturas laudabiles, 17 sine B, facile inde colligas etiam alia subsidia codici D. fuisse. Quum vero Dindorfius quaestionem de codicum indole ac stirpibus aut obiter attigisse videretur aut neglexisse, eam negotii partem explendam nuper sibi sumsit Richardus Schneider editis Bonnae Quaestionibus Xenophonteis, non recte ille quidem dicens codicem D. a Dindorfio collatum esse, cuius is, ut supra diximus, multo se diligentiorem quam Gailium exhibuisse diceret collationem, ceterum in J. F, adhibitis ubi de J. non satis constaret B. D. V, reiectis A. Ald. K. C. E, fundamentum criticae in hoc libro factitandae ponendum esse colligens. Denique de codice D. quid statuendum sit, tum demum apparebit, ubi de iis, quae in eo scripta sunt, certiores facti erimus. Qua in re huius libelli pars prior versatur. Est vero is codex altero recentior, sed ex eodem, ut videtur, fonte profectus, formae maximae, quum ab editoribus descriptus tum a Spillero Annal. Lips. Suppl. 1840. p. 528. sq., Schneidero Plat. Civ. I. p. XXXII, Hertleinio Obss. II. p. 2. sq., Breitenbachio Ages. p. XII. Jam quod quae leviora videbuntur esse non ubique neglexi aut praetermisi, feci et quod alii faciunt, fecit etiam Dindorfius, et quod ex eo aliquid ad collationis meae fidem redundaturum esse commendationis putavi. Quae quum ita sint, qui diversa apud Gailium et Dindorfium invenerit, id quod quum alii senserunt tum Breitenbach. Diar. Antiq. 1851. 61. sqq., Hausdörffer. ib. 1855. 44, Heiland. Quaest. Xenoph. p. 2, Büchsenschütz. Philol. 1859. 545. sq., me utetur disceptatore atque inde etiam eorum, quae inter se congruunt, notationem suam repetere excusationem intelliget, denique editionum notas aliquantum corrigendas videbit esse. Ceterum quae aliter, quam credi solet, in libris B. D. constituta vidi, cum lectoribus, quorum interesse videretur ea cognoscere, communicavi non quo his meis additamentis vel emendationibus ipsam Xenophonteam Historiam multo aliter conformatum iri putarem, sed ut ostenderem, quid Gailio, ceterum optime de Xenophonte merito viro, tribuendum esset, ut ad certiora in his libris iacienda fundamenta aliquid conferrem, denique quod alii, et maxime quidem nunc Batavi quidam homines, ingenio praestitissent aut praestitisse sibi visi essent, aliquo modo ego scripturae codicum diligentissima descriptione praestare conarer. Plura, quae apud Gailium desunt, a Dindorfio omissa sunt quam falso notata. De Gailio quidem quod non pauci nunc e Schneideri annotatione iudicant, non recte faciunt; Schneideri vero errores non magis volui corrigere quam quae apud Dindorfium diversa sunt notare. Ipsum Gailium supplere volui. Unde et quae sit caussa et ratio notarum mearum, apparebit et paucitati meorum in iis verborum ignoscendum erit. Postremo concedo

quidem, aliquando Gailium idem fere mecum habere videri, verum quae ego descripsi, tam mihi certa sunt, ut fidem videar postulare posse. Instituti autem mei ratio haec est, ut quae in tribus primis libris in codice D, et ab initio usque ad II, 2, 10. in B. aliter, quam apud Gailium scripta inveniuntur, comparata vidi, haec tantum, Schneideri, Haeusseri, Dindorfii, aliorum pene nulla ratione habita, accurate describam. Notas e libris reliquis quattuor alio loco dabo.

Hellenicorum lib. I. cap. 1.

1. δημοχάρης D. ἔχων ναῦς B. D. — 2. ἀνήγοντο superscr. γά D. τριήρεις om. D. — 5. ἑωθινοῦ D. — 6. αὐτοῦ D. — 8. τεσσαράκοντα D. θράσυλος εἷς omisso participio ὢν D, id quod semel non propter Gailium, sed propter Schneiderum et Dindorfium moneo. — 12. ἐπὶ συμμαχίαν D. — 14. φαρνάβαζον D. — 15. ἐξαγγεῖλαι B. Quod a Gailio nulla accentuum ratio habita est, quum ab aliis tum a Fr. Haasio vituperatum est De rep. Lac. p. 37. sq. — 16. ἀνήγετο D. — 18. ἰδὼν δὲ καὶ ὁ μ. D. — 22. ἐντ. δὲ ἀφ. D. — 24. φυλακὰς D. — 27. οἴκοθεν ὅτι φεύγοιεν B. — 28. οἳ δ' οὐκ D. ἡμετέραν-ὑμετέραν B. D. καὶ διὰ τ. ὑμ. B. — 30. συναυλίζων B. D. ἤμελλεν B. — 35. καὶ ὅθεν D. — 36. συμμάχων D.

Hell. I, 2.

2. Post ἐκεῖ lacunam brevem habet B. προσέβαλλε D. — 3. αὐτῶν B. D. — 12. τέτταρας μόνον ἔλαβον D. — 14. εἰργμένοι B. D. διωρύξαντες B. οἳ δ' εἰς D. — 17. αὐτοῖς D. — 18. εἱλώτων D. ῴχκαν D. ἐπήκους, ut videtur, B. Cobetus Mnemos. I. 306. ἀφεῖσαν scribi vult praeter necessitatem. Verius VI. 284. eandem formam 5, 19. probavit. Xenophontem vero si corrigere voles, supra 10. non patiere iuxta se posita ἔδωκαν et ἔδοσαν.

Hell. I, 3.

1. παρεληλυθότων τῶ πολέμω superscriptis ad revocandum vulgarem ordinem signis β α. D. — 4. δ' ἐπεὶ D. — 5. οἱ δὲ ἀθηναῖοι ἀντεπαρετάξαντο D. — 8. μὲν (ῴχετο om.) εἰς D. — 9. καὶ ὅρκους ἔλαβον καὶ ἔδοσαν πρὸς φαρνάβαζον D. Quae scriptura, olim etiam Breitenbachio probabilis visa, addita nunc ultimorum vocabulorum notatione, quantum habeat quo se commendet, docet Bornem. Conv. p. 135. — 11. δὲ ἦλθεν D. ὀμεῖσθαι-ὀμεῖται D. — 12. ὤμοσεν D. — 13. οὖν om. D. ἀπήει om. D. — 15. ἔλιξος D. — 16. δὲ ἀθ. D. — 17. ἐδύνατο — ἐλίξω — συλλέξων — συμμάχους D. Vocabulum ἄλλῃ in nullo codice scriptum quam supervacaneum habendum esset, iam pridem docere studui, parum olim intellectus Breitenbachio Annal. Lips. 1852. 237. Vid. Heiland. Quaest. Xen. p. 6. — 19. σῶσαι D. ἀπολλυμένους B. Probabilis scriptura.

Hell. I, 4.

3. ἐν ᾗ ἐνῆν κατὰ τάδε B. — 6. μέμψηται B. D, sed in D. supra scriptum οιντο. — 7. ὁμωμ. B. D. κῖον D. — 8. κεραμεικὸν B. D. — 11. κατασκοπὴν B. D. τριήρων B. ἔχει e corr. D. — 12. ἰδίους, in marg.: γρ. ἐπιτηδείους D. — 13. μοχθηρότερά τε B. D. αὐτῶν B. D. ἐκείνου δ' ἀεὶ τότε, κοινὸν B. D. — 14. ἀπεστέρησαν D. Utrumque verbum hac sententia dicitur apud Xenophontem. — 15. θεραπεύων D. καθ' ἑκ. ἡμ. D. — 16. αὐτὸς bis positum habet D. — τοιοῦτοι δοκεῖ εἶναι, οἷοι περ. D. Locum difficiliorem minus feliciter sanare conatus est Aem. Müller. De Hist. gr. parte priore p. 64. et Philol. 1859. 192. sq. quam explicaverunt editores recentissimi. Idem fere iudicandum est de 6, 4. Ceterum, ut aliquantulum afferam, quod in B. est τοῖς δ' αὐ τοῦ ἐχθρ., correctionem τοῖς δ' αὖ ἐχθροῖς indicare videtur. — 17. κινδυνεῦσαι B. — 18. τοὺς αὐτοὺς ἐπιτηδείους B. — 21. οἱ ante ᾑρημένοι om. etiam D. Articulum praeeunte Hertleinio Obss. III. 6. recte sustulerunt recentissimi editores, Breitenbach, Dindorf, Büchsenschütz.

Hell. I, 5.

1. Κρατισιππίδᾳ B. παρεληλυθυίας D. e corr. — 3. τάλαντα φ D. ἔδωκε D. — 8. ὁ' ἀθηναῖοι D. — 9. μηδὲ οἵτινες B. Quod nunc recte scribitur. Cobetus Mnem. VI. 55. Schneideri lectionem μηδένες scriptori reddendam censuit. αὐτοῖς B. D. — 10. συνετέτακτο B. Scriptura optima confirmatur. ἀναψήχων D. — 16. Ἀριστοκράτην D.

Hell. I, 6.

2. παραδιδοίη B. D. recte, ut videtur. τὰς ναῦς παραδοῦναι B. eadem tamen manu signis vulgaris ordinis β α supra positis. — 4. οὐ γινωσκόντων B. D. δὴ post ἀπείρους omittunt B. D. Locus conatibus interpretum difficilior factus. — 5. ἐροῦντας D. — 6. τολμήματος vel —ες B. — 10. ἐπ' αὐτοὺς B. — 14. διήρπαζον B. ἀνδραποσθῆναι B. Cobeto Mn. VI. 192. οὐδέν' ἂν emendanti non magis assentior quam Hertleinio idem sentienti Annal. Lips. 1857. 702, ne iis quidem commotus, quae nuper in eam sententiam disseruit Rich. Schneider Quaest. Xen. p. 35. Vid. Heiland. Quaest. p. 8. — 16. τοὺς ἀρίστας ἐρέτρας B. καταφεύγειν D. — 18. ὑπὸ Κύρου D. — 19. σίτων D. παραλαβὼν B. D. — 20. ἐξέπλευσεν B. D. — 21. ἀφορμήσασαν B. Quo confirmatur Dindorfii emendatio ipso insciente. Neque idem liber paullo post aliam habet scripturam quam veram δύνοντι. — 22. εἰς τὸν εὔριπον τὸν τῶν μιτυληναίων B. Ita etiam in D. ubique scriptum est nomen proprium. — 24. εἰςβιβάζοντες D. τοὺς ἐν τῇ ἡλικίᾳ ὄντας B. D. Articulum cum Dindorfio etiam magis contra Cobetum Mn. I. 307. VI, 45. tueor quam participium. Ceterum de articulo ante δέκα posito quod Gailius dicit: *A seul donne* τας, *leçon exquise,* hoc velim scias, in codice B. huius paginae partem interiorem laceram et corruptam esse, vel perforatam vel charta inductam. Quo loco τὰς esse debebat,

chartae aliquid agglutinatum est. — 25. δὲ ἅπασαι B. — 26. μελέᾳ B. — 29. καὶ αὗται ἐπὶ μιᾶ D. (μιᾶ ut videtur). μίᾳ B. καὶ αὗται non male scribitur. 3, 1, 10. e libris duobus scribi nunc coeptum est καὶ αὐτή, propositum etiam a Cobeto Mn. I. 312. Alios corrigendi conatus Schwidopii Obss. in Hell. Regiom. 1839. 16. caute repressit Hertlein. Obss. III. 10 sq. — 32. οἰκεῖται B. Idem D. e corr. Quod in A. et Aldina esse dicitur οἰκιεῖται, pridem probatum fuit Jacobsio Add. animadv. in Athen. p. 168 (οὐδαμῆ κ. οἰκιεῖται), Stallbaumio Plat. Phileb. p. 129. ed. Goth., Breitenbachio, nunc probatur tanquam novo inventori Cobeto Mn. VI. 290. Fuit adeo qui οἰκεῖται futurum haberet, nullo scilicet verbo de vi et significatione huius vocabuli addito, coll. Buttm. gr. I. 403. De Hermanni Sauppii emendatione οἰκῆται in Ep. crit. ad G. Herm. p. 72. proposita vide quid sentiat Emperius Ann. Lips. 1842. 283. Est vero etiam Steph. Thes. V. 954, d. Quod Breitenbachius nunc opinatur scriptum fuisse οἰκήσει, mutat in οἰκήσῃ, nisi praeferatur οἰκηθῇ vel οἰκήσεται, Schwidop. Obss. Lucian. III. Regiom. 1860. 5 sq. Levissima vero medicina Dindorfii est μὴ delentis. — 34. πέντε καὶ εἴκοσι νῆες D. — 35. ἐτεονίκου τῇ πόλει ἐφορμούσας τῇ μιτυλήνῃ D, ut tamen signis superscriptis β α indicetur scribendum esse τῇ μιτ. ἐφ. Deinde διεκώλυσεν αὐτοὺς B. D. — 37. τοῦτ' B. D. αὐτὸς δὲ D.

Hell. I, 7.

1. οὐδὲν οἴκῳ B. Hic et 5, 16. Cobet. Mn. I, 306. VI, 44. ἐν οἴκῳ in usitatius οἴκοι mutavit. Quodsi ἐν οἴκῳ, *domi*, ridiculum est dici, num risum tenebis ἐπ' οἴκου alia legens? — 2. ὁ τοῦ δήμου B. τὸν ante Ἐρασ. om. B. — 4. ὑποσχεῖν τοὺς στρατηγοὺς B. ἐπεδείκνυε B. D. — 5. μετὰ ταῦτα δὲ B. D. βραχέα D. — 8. ἐγίγνετο B. D. ἐν αὐτῇ τῇ ἑορτῇ D. Καλλίξεινον B, ut etiam postea. — 12. προςεκαλέσαντο B. προεκαλέσαντο D. — 14. παρὰ τὸν νόμον B. D. Recte. — 15. οἱ πρυτάνεις B. — 16. τὰ δὲ ξυμβουλεύσων om. D. — 18. ἐπ' ἐκείνων B. D. in hoc superscripto ὑ. — 19. πείθησθε superscr. οι D. πίθησθε mavult Cob. Mn. I, 309. caussa non addita. Vide quos locos apposuit Büchsenschütz. Diversa affert Bake IX, 202. μάλιστ' ἀληθῆ D. μάλιστ' τἀληθῆ B. ἡμαρτηκότας εἰς τὰ μέγιστα, θεούς τε B. D. εἰδότες κολάσασθαι D. δόντας — πιστεύοντας utrobique superscr. ες D. — 23. διῃρημένων B. διῃρημένης D. ἑτέρου δὲ bis D. — 24. ὑφ' ὑμῶν B. et supra scripto η D. — 27. μεταμελήσῃ — ἡμαρτηκότας D. Quae praecedente ἀποκτείνητε vera haberi possunt. Nisi forte offensioni est initium Ἀλλ' ἴσως. Ad alteram rationem accommodate G. Hermannus voluit ἤδη ἔσται scribi. — 28. ποιήσητε B. ποιήσοιτε D. — 29. πειρᾶσθαι D. καθὰ B. δ' ἐπὶ B. D. δὲ ἀμφότερα B. D. — 30. τῶν ante Σαμίων om. B. D. — 31. ταξιαρχῶν B. πρὸς τούτοις B. D. — 33. ἄν τι μὲν D. — 34. γινομένης B. — 35. γινομένης B. e corr.

Hell. II, 1.

1. δ' ἐν D. — 2. ἀπολέσωσι B. D. — 5. συνενεγκεῖν D. συνενενεγκεῖν B. — 6. ἐν οτίῳ B. — 7. ταὐτὰ D. ταῦτα B. ναυαρχεῖν τὸν αὐτὸν D. — 8. δύναται B. D. — 10. τ' ἐπεσκεύαζε B. — 12. τὸ

ἀργύριον D. — 13. ἓν ἐν θαμν. B. — 14. πλείω ναῦς B. ἴδιοι ἦσαν om. D. — 15. πάντα χῦρος D. τὰ αὐτοῦ B. χατακράτος B. D. ἐκεῖθεν δὲ B. — 16. καὶ ἐπὶ τὴν χ. B. D. χῖον B. — 17. ἐπὶ τῆς χίου B. D. — 18. πεζοὶ D. Scribendum παρῆσαν coll. §. 28. Voluerat Gentius Mnem. II. 408. παρήεσαν, rectius Cobetus παρῆσαν Var. Lect. p. 33. Mnem. III, 105. VI, 185; solet enim emendationes suas repetere; probatum illud Hertleinio et Dindorfio Praef. Anab. Oxon. p. X, non receptum a recentissimis editoribus. — 19. προςβάλλοντες B. κατακράτος B. D. — 20. καταπόδας πλέοντας D. — 22. παραβάλλων B. D. μὴ δὲ B. D. — 23. οἱ δὲ ἀθηναῖοι B. δὲ οὐκ B. D. — 25. ἔφη extrema paragrapho om. D. — 26. στρατηγεῖν B. e corr. — 27. ἐπειδὰν κατίδωσιν D. Vulgatum ἐπὰν correxit Dindorfius ἐπὴν scripto, 1, 1, 29, Anab. 1, 4, 13. 2, 4, 3. 4, 6, 9. intactum reliquit. Quamquam quod adhuc de ἐπήν coniunctionis auctoritate factum est iudicium ille in ἐπάν transtulit. ἆραι B. — 28. δὲ εὐθὺς D. συμπαρήει e corr. D. κατακράτος B. D. ut ubique. εἰς τὰ τειχ. D. — 29. Λαμψάκαι B. D. — 30. τἄλλα D. ut semper, et recte. — 32. παρανομεῖν, νικήσας ἔφη ποίει, ὃ παθεῖν ἔμελλες ἡττηθείς, εὐθὺς τοῦτον ἀπέσφαξε μετὰ τῶν ἄλλων στρατηγῶν D. Habes confirmatam Weiskii de lacuna loci sententiam, habes quae aliquot interpretes vero sensu desideraverunt, videturque hic unus locus vel maxime posse ostendere, quantum interfuerit libros Parisinos denuo accurate inspici. Quae de iis, quae Lysander interrogavit, Philocles respondit, apud Plutarchum leguntur Lys. c. 13: ἐκέλευσε νικῶντα πράττειν ἅπερ ἂν νικηθεὶς ἔπασχεν, quamquam Plutarchus hanc suae narrationis partem ad Theophrastum auctorem refert, et ipsa tamen ex illo fonte profecta possunt videri. Verum quum additamentum illud mancam efficiat orationem et inconcinnam, ut ne ἐπειδή quidem vel simili quadam particula ante νικήσας inserta restitui satis posse videatur, non deerunt qui illud scioli potius quam auctoris esse credant. Idem vero liber particulam ὅτε 3, 40. in simili caussa omisit. Ceterum hic locus commemorabilis iis videbitur esse, qui Historiam graecam Xenophontis alia forma, quam quae nunc est, indutam etiam Plutarchi tempore fuisse suspicantur.

Hell. II, 2.

2. ἴδοι ἄλλον D. ἀπέπεμψεν B. pr. εἰδὼς ὅτι D. — 3. ἐν ab initio bis positum habet D. τῆς παρ' ἄλλου B. πείσεσθε B. πήσεσθαι superscr. ει D. — 4. τείχει D. — 5. ἄλλας supra lineam habet B. — 7. δ' ἐξήεσαν D. — 10. δὲ οὐδεμίαν B. D. ἃ om. D.

Hic tertium decimum codicis B. folium finem habet suum, atque hinc ea tantum, quae e libro D. non recte attulit aut praetermisit Gailius, annotare pergam.

11. παρ' ἄγιν, ut semper. — 17. ἡρέθη. — 21. ἐπανέφερον. — 22. τοῖς λακεδαιμονίοις.

Hell. II, 3.

1. χροχίνας — αἰθ. ἔτι ἐν. — 3. ἀπαγαγὼν corr. ex ἐπαγ. — 4. φερραῖος. — 5. αὐτῶν. — 8. ἐκτήσατο. — 9. εἰς ὃ ἐξ. — ἅλωσιν. — 10. ἀγκήστρατος. — 13. ἀριστοτέλ — 16. ταύτη τῆς ἀρχῆς. Pro-

babilis quidem Matthiae interpretatio est verborum ὥςπερ τυραννίδος, probata etiam Dindorfio et Hertleinio. Verum etiam G. Hermannus Aesch. II. 114. ἢ ὥςπερ scribi voluit, qui quum ὡς pro ἢ dici posse olim ad Vig. 720. visus esset existimare, antequam eam sententiam ad Aeschyl. Prom. 630. retractaret, exstitit in Diar. Gotting. 1843. 12. p. 117, qui repetitae illius sententiae testes locos Aeschyli, Solonis in Jambis (Bergk. Anthol. lyr. 36, 18. p. 21), Xenophanis apud Athenaeum XII. 526. A. et nostrum esse vellet. — 18. συρείησαν. — 19. ἄτοπον ὅτι. — 20. ἀπεληλύθεισαν. — 24. πλείονας — γίνεται — δὲ ἀνάγκη — τὴν πόλιν τῶν ἑλληνίδων. — 26. δοκεῖ ἡμῖν. — 27. αἰσθάνομαι. Recte. — 28. ἐξ. ἡμᾶς — εἰς ὑμᾶς — καὶ ἡμεῖς καὶ ὑμεῖς. In his libri auctoritati obtemperandum videtur esse. — 29. ἡμῶν τε καὶ ὑμῶν — ἂν ante προδιδόντα non om. D, non recte omisit Breitenbach. Habet quidem idem liber antea γίνονται, quod Hertleinius non recte negat, recte negans recipiendam formam esse. Etiam §. 34. in libro est γινωσκόντων. — 30. τιμώμενος — ἄγνωτα. — 31. ἀπ' ἀμφοτέρων D. — 33. δὲ οὐ. — 38. ὁμολογουμένως — ταὐτὰ ἐγινώσκομεν — καγαθοὺς — γινώσκειν. — 39. οὐδε ἐν. — 40. ὑφ' ὑμῶν — ὑμῖν — ὅτε om. — 44. νομίζειν συμμάχων νομίζειν. — 47. ποτε om. Qua quidem re paullulum videtur comprobari posse Cobeti sententia, qui Var. Lectt. p. 373, ubi de Lys. or. 12, 29. agitur, Non coniunguntur, inquit, ποτέ et καί, alterutro utuntur, in verbis oratoris παρὰ τοῦ ποτε καὶ λήψεσθε δίκην; particulam ποτέ uncinis includens. Sed vid. Scheib. Annal. Lips. Nov. suppl. 1855. I. 368. — 48. ἡγουμένην. — 51. δὲ εἰςελθὼν — νομίζου — ἅπασιν ἡμῖν superscr. ὑ. — 52. ἔφη om. — καὶ ἐμοὶ καὶ ὑμῖν, recte hoc quidem, ut videtur. — 53. γινώσκοντες. — 56. οἳ δ'.

Hell. II, 4.

3. αὐτοὺς ἀποκλείσαντες — οἳ δε νιφ. — 4. ἐκ τῶν ἐχθρῶν. — 6. καὶ ἔστιν οὓς μὲν αὐτῶν. Bona scriptura. — 7. στήσαντες, συσκευασάμενοι — δ' ἐξ — δ' ἕως. — 8. σφίσιν — δὲ ἀπογρ. — 9. ᾠδεῖον — συνειλεγμένων — ταὐτὰ ultima syll. s. l. — ἐκέλευε. — 10. καὶ τοῖς ἱππ. omisso ξύν. — 11. οὔπω πολλοῖς οὖσι om. συνε s. l. — περὶ τὴν μουν. Bene. — οἱ δὲ ἐκ. — 12. ἀντενέπλησαν. Recte. Antea ἐμπλῆσαι. Ita etiam Cob. Mn. I. 312. scribi voluit. — ψιλοὶ καὶ ἀκοντισταί. — 13. πολίται — οὗτοι δή. Hoc ita verum est, ut et altera scriptura δέ et sententia Cobeti V. L. 290. Mn. I, 312. VI, 178. verba οὗτοι δὴ οἱ τριάκοντα delentis improbanda videatur esse. *Qui in laeva ultimi sunt, illi vero* vel *illi ipsi Trigintaviri sunt.* — πόλεως — ὅτι superscr. οὗ et οι. Quod praecedit οὗ, non opus est cum Cobeto Mn. IV, 275. VI, 178. in οἷ mutetur. — 15. ἀφιέντες. — 17. ἢν θεὸς θέλῃ. — 18. παρήγγειλεν scripto ε supra ει et λ post alteram. Correctio bona. — πέσῃ. Legendum πρὶν ἂν τῶν σφετέρων ἢ πέσῃ τις ἢ τρωθῇ. Cf. 3, 1, 15. — 19. δὲ ἐνταῦθα. — 20. καὶ ξυστρατιῶται om. — 22. αὐτῶν. Antea καί neque ante neque post ἔχθιστον codex omittit. — 23. εὐτόνως, quod non ita improbabile est ut visum est Bornemanno Conv. p. 129. Hier. 9, 6. in ἐντόνως mutanti. — οὐκ ἔφασαν χρῆναι. — 25. πολλοί τε ὄντες omisso ἤδη — εἴ τινες — ὁπλίται. — 27. προςέβαλλον, quod recte Dindorfius recepit, commendavit Cobetus Mn. I, 312. — 29. ἐλευσίναδε — πελοποννησίους. — 30. συνείποντο — ἐγίνωσκον. — 33. ὁπλίται — πειραιέως — ἐνταῦθα δὲ

ἀποθν. Quod codices quidam dicuntur habere καὶ ἀποθν., Hertleinio, Dindorfio ceterisque editoribus probatum et magis probabile est quam δή Cobeti Mn. I. 312. — 34. ὁπλίται — παρήγγειλε. Quod Breitenbachius scripsit παρήγγελλε, nescio an in nullo libro manuscripto sit. — 36. χηφισηφῶντα. — 40. ὧν om. — 41. χαλλίω — περιελήλυθεν. Quod Dindorfius, ingeniose ille quidem, at verbo neque per se admodum probabili et parum Xenophonteo usus, scripsit παρελύθητε, ab editoribus recentioribus receptum est omnibus. Mihi nisi a similitudine litterarum non placet. Habet vero scriptura plurimorum codicum περιεληλύθατε praeter significationem passivam omnia, quae hic apta vel necessaria haberi debeant. Vere enim sensit Classenius in Jacobs. Att. verbum desiderari decipiendi significatione praeditum, et quod praecedit γνώμῃ προέχειν, ei contrarium dici consentaneum est, veluti *decepti et circumventi estis.* Id vero ipsum est περιέρχεσθαι. Aristoph. Eq. 1141: Σκέψασθε δέ μ', εἰ σοφῶς αὐτοὺς περιέρχομαι, τοὺς οἰομένους φρονεῖν. Locus aliam medicinam exspectat. — 42. ὀμωμόκατε. — 43. ὕστερον scripto supra ε accentu et in fine ω et in margine: γρ. ὑστέρῳ χρόνῳ — ὀμόσαντες.

Hell. III.

Ad hunc librum graviora tantum quaedam e codice D. enotabo.

Hell. III, 1.

1. ἐνέβαλλον. — 9. γνοὺς — στράτευμα om. — ταῦτα πολὺ omisso δή. — 10. δ' αὐτῷ ταύτης τῆς χώρας — ἐπειδὴ δὲ ἐκεῖνος. — 14. ὧν αὐτῆς. — 15. ἐκεῖνος λάβῃ. — 19. δερκυλίδας καὶ αὐτὸς ὥςπερ. — 21. μὲν τοῦ μειδίου. — 22. εἰρηνικῶς εἰς δύο. — 23. πρὸς ἀκρόπολιν. — ἐπεὶ δὲ τέθυτο. — 24. μὲν τοίνυν. — 27. ἐπεὶ δ' εἰσῆλθεν, ἐκάλει ὁ δερκυλίδας τ. ταμ. — 28. ἔτι om. ὦ Μειδία om.

Hell. III, 2.

4. ῆ e corr. — 6. ναυβάτας — μέμφοιτο — εἰ δὲ δίκαια. — 9. ἀλλ' ἀπέπεμψεν. — 10. γῆν om. — 11. ἀφικνεῖτο. Quod Cobetus antea aut ἐνῆν αὐτοῦ correxit Mn. I, 313. aut ἦν αὐτοῖς VI, 49, perridicule illud dictum ratus, non meminit usus Xenophontei ἐνεῖναι de iis, quae in regionibus vel maxime in oppidis sunt, dicendi. 1, 3, 19. τὸν ἐνόντα σῖτον. 3, 1, 12. οἱ ἐνόντες φρουροί. 5, 2, 4. αἰσθόμενος δέ, ὅτι ὁ σῖτος ἐν τῇ πόλει πολὺς ἐνείη, ubi codex D. habet εἴη supra recte scripto ἐν. In aliis libris est ἐνείη, in aliis εἴη. An quae res in libris veterum dicuntur aliquo in loco aliquibus, non in aliquibus inesse, veluti κλῖναι Thuc. 4, 48, τριήρεις Dem. Phil. II. 12, ἀφορμαί Olynth. II, 22, quibus in locis αὐτοῖς additum est vel similis dativus, ne videantur in ventriculis hominum inesse dici, loci propterea mutandi sunt, ut factum est priore e Demosthene allato loco, nimirum quod non esset ibi portus commemoratus? Addidit enim Cobetus: τοῖς Χίων φυγάσι σῖτος πολὺς ἦν, non ἐνῆν, εἶχον γὰρ τὸν σῖτον, οὐ κατεδηδόκεσαν. — 14. φυλακὰς ἱκανὰς —

δὲ καὶ οὗτοι. Schwidop. καὶ αὐτοί, v. ann. ad 1, 6, 29. Pantazides Macedo δ' ἐκ τούτου Emendatt. in Xen. p. 1. Gotting. 1858. p. 27. — 15. μνήματα ut antea et usu Xenophonteo. — 16. μὲν om. post ἑκατέρωθεν, ut iam pridem voluit Dindorf. — 17. μαιάνδρω. — 18. ἃ μέντοι ταῦτα δὴ ποιεῖν, πιστὰ καὶ ὁμήρους. Ultima nunc recte recepit Dindorfius, v. Hertl. Obss. II. 6. — 21. ἐκήρυττον. — 24. τοῖς λακ. οὔσας. — 28. ἐξέφερον usu de re bellica frequentiore. Ceterum haec verba sunt, quae H. Stephanus in Thesauro non sane apto loco attulit, nova editio p. 626. Xenophontis esse negavit. — 29. στρ. διαφῆκεν. Ita 2, 24. 4, 4, 13. διῆκε 2, 4, 39. 4, 4, 19. 5, 2, 43. 5, 4, 41. 59.

Hell. III, 3.

1. βασιλείας. ὅτι οἱ μὲν λεωτυχίδης. — 2. ὁ ἀδελφὸς καὶ ὦ βασιλεῦσι ἐμὲ — ὅτι ὅν τοι καλεῖς — ἔφυσε καὶ ἐφάνη. Cob. Mn. I, 314, quod apud Dindorfium est, ὅτι ὃν τὺ καλεῖς. Antea ἐμὲ ὤν δέει βασιλεύειν Bergk. Diar. stud. antiq. 1852. p. 9. Cobet. Mn. VI, 49: ἀφ' οὗ γὰρ οὐκ ἐφάνη ἐν τῷ θαλάμῳ δεκάτῳ μηνὶ τὺ ἔφυς. Verum de hoc quoque loco satis illo quidem impedito optime meruit L. Dindorfius. — 4. σημαίνεται. — 5. καὶ γέροντας om. Ab initio νεανικὸς praeter Naberum, quem Dindorfius commemorat, scribi etiam volunt Schoemann. Quaest. de Homoeis. 1855. p. 13. et Cobetus Mnem. I, 314. V. L. 260. — 7. εἰπεῖν, ὡς ὅσοι γε δήπου — ἀξίνας. πολλὰ δὲ δρ. — πάλιν οὖν — μέλλει ταῦτα. — 8. καλουμένην om. — αὐτόθι ἐλέγετο εἶναι. — 9. συμπέμψαι. καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ, οἳ ἂν τ. π. Verba ἓξ ἢ ἑπτά liber supra §. 4. habebat loco verborum τὸ τρίτον ἤδη. — 11. ἐπεὶ δειλημμένου — ὤν Κινάδων omisso articulo.

Hell. III, 4.

1. τὰς μὲν καταγομένας ἄλλοθεν. Quod Cob. V. L. 114. Mn. I, 314. VI, 197. emendavit ἄλλας ἄλλοθεν, recte reprobavit Heiland. Quaest. 10. — 3. ὅσα ἔδει καὶ τἄλλα. Recte. — ἐβουλήθη διαπλεῦσαι ἐν αὐλίδι. — 5. ὅτι post εἶπεν om. — 6. πεμφθεῖσιν εἰς αὐτὸν — ταῦτα προστάττοντος. — 8. ὀγκηρότερα. — 9. ἴσως ἔφη καὶ μᾶλλον εἰκότα σὺ ποιεῖς. — 10. ἐφ' ἑλλησπόντου — περὶ αὐτὸν —. 11. εἶναι δύναμιν — ὡς εἰς ἐκστρατείαν. Quod substantivum etsi magis recentium quam veterum scriptorum proprium videtur esse, habet tamen e verbi usu aliquam commendationem. — 12. πεδίον περιῆγε. — 16. ἀνδρῶν γυμν. omisso articulo, supervacaneo illo quidem, quum nihil referat dici gymnasia referta fuisse viris et iis quidem, qui se exercerent, sed hoc ipsum dicendum sit, fuisse se exercentibus hominibus referta. Nisi forte putas discerni τοὺς γυμναζομένους et τοὺς ἱππαζομένους. — 17. οἱ ζωγραφοῦντες. — 18. ἐπερρώσθη κἀκεῖνο ἰδών. — 20. ἐνιαυτὸς δὴ — ὁ om. ante ἀγησίλαος — καὶ παρήγγειλεν αὐτοῖς. — 21. αὐτὸν ὡς βουλόμενον — ὥσπερ πρότερον εὐθὺς. — 25. πέμπει πρὸς τὸν ἀγησίλαον πρέσβεις — καὶ ἡμῖν καὶ ὑμῖν. — 26. δίδου δὴ τῇ στρ. — 28. ταῖς ἐπὶ ταῖς νήσοις.

Hell. III, 5.

1. μὲν post Θήβαις om. — 2. μεταβαλόντες τοῦ χρυσίου. — 3. νομίζοντ supra scripto ευ, sed lineola exstincto. — 5. πειραιᾶ ἐθελῆσαι — ἀγησιλάω συνεστράτευον. — 6. αἰνειᾶνας — τὲ καὶ τοὺς ἄλλους πελοποννησίους. — 7. διαβατήρια ἐθύετο αὐτῶ, καθεζ. ἐν τεγέα — ἐμβάλοιεν — λέγοντας τοιάδε. Cobet. Mn. VI, 197 sq. scribendum dicit λέγοντες τάδε et 2, 4, 37. item λέγοντες, dici graece addens aut οἱ Ἀθηναῖοι ἔπεμψαν πρέσβεις ἐροῦντας τάδε aut λέγοντες τάδε. Est illa quidem consuetudo dicendi; verum secundum hanc sententiam, quae, ut saepe, hic quoque speciosior est quam verior, loci non pauci ad corrigendum restant, alii correctioni obstant. 4, 7, 3: Οἱ Ἀθηναῖοι ἔπεμψαν κήρυκας ὑποφέροντας σπονδάς. 2, 4, 35: ἐδίδασκε τοὺς ἐν Πειραιεῖ, οἷα χρὴ λέγοντας πρέσβεις πέμπειν. Cyrop. 5, 4, 24: καὶ αὐτὸς κήρυκα ἔπεμψε πρὸς αὐτὸν ταὐτὰ λέγοντα. Nihil ut dicam de iis locis, in quibus participium ad legatos pertinens quasi solutum est, veluti 3, 1, 18. 4, 6, 1. Recte vero nunc scribitur Comm. 1, 1, 6. μαντευσομένους ἔπεμπεν et Cyrop. 5, 4, 18. πέμπων φανερὸς ἦν τοὺς θεραπεύσοντας. — 8. εἶπε τότε ὃς ἔτυχε, sed signis veri ordinis superscriptis. — 10. φοβηθεῖτε — ὅπη. — 11. καὶ νῦν δὲ. — 12. καθεστάναι ita correctum, ut plus videatur ι valere quam ε. Ad vulgatam scripturam καθιστάναι tuendam Hertleinius affert Plat. Lach. 197. d. ἀνδρί, ὃν ἡ πόλις ἀξιοῖ αὑτῆς προϊστάναι. Quo addi facile plura possunt. — 13. συμβαλλόμενος. — 14. καὶ ὧν πρότερον — νῦν δέ γε εἰ καὶ τ. π. — 15. οὐχ ἑκόντων ἤρχετε. — 17. παρεσκευάζοντο ἀπελθόντες. — 20. στενοπορία.

Non possum codicem D. relinquere, quin pauca addam de ultimis eius foliis, quae sunt ducentesimum septuagesimum sextum et septimum. Praeter alia satis multa, quae etiam Schneiderus Plat. Civ. I. p. XXXII percensuit, insunt in fine libri *Manuelis Phile Ephesii Jambi de Alexandro magno,* Eiusdem Jambi in tabellam nuptias Alexandri pictas exhibentem secundum Lucianum, denique Eiusdem, ut et Schneidero visum est et ei, qui in ipso codice indicem inscripsit, fragmentum de variis animalium generibus. Jambos quidem illos descripsit J. A. Cramer in Anecdotis graecis Parisiensibus Vol. I. p. 43. Is versuum primorum septem in scribendo perturbationem ad versuum eorum, quales sunt Ephesii illius hominis, ordinem revocavit. Nonnulla vero, quae non recte sunt ab eo descripta, hic notabo. Versu, qui e Crameri ratione p. 43. octavus est, codex παντὸς bis habet. 16. ἔγωγε. Alia vitiosiora praetermitto. 27. scribendi rationem κἀκείνους in codice non esse consentaneum est, qui ne ubi recte quidem est iota subscribat. Pag. 44. v. 14 et 16. quod Cramerus scripsit λόγους, potius est quod emendavit quam quod scriptum invenit. Scriptura parum liquida. v. 21. ultima littera vocabuli ἄγευστον e corr. scripta est. In inscriptione alterius partis Jamborum Cramerus τῶν omisit post ἀπό τινος et scripsit ἐζωγραφημένην, quod recte in codice est ἐζωγραφημένον.

Versu 25. ἀτεχνῶς. Pag. 45. in codice est v. 1. αὐτὸς. 12. γὰρ om. Deinde qui sequuntur versus ita scripti sunt:

κατωμαδὸν φέρουσιν αὐτοῦ τὸ ξίφος·
ἄλλοι δὲ δύο τῶν βασιλέων ἕνα,
ἡττημένον σύρουσιν ἐκ τῆς ἀσπίδος.

Cramerus post κατωμαδὸν a φέρουσιν aberravit ad σύρουσιν, acciditque describenti quod antiquiores scribae saepius admiserunt. Denique v. 16 sq. idem vitiose scripsit quae recte scripta invenit φίλων, ὅταν ἐπ' αὐτὸν ἡ ῥοπὴ τούτους φέρῃ. Fragmentum, quod supra commemoravi, alio loco dabo. Ceterum Fr. Duebnerus, quamquam, quum Parisiis me convenisset, frusta illa inedita ei monstravi, in editione poetarum didacticorum Lehrsiana ea non commemoravit, quippe quae non viderentur ad instituti sui rationem pertinere. Quod autem E. Millerus in Doctorum Diariis Parisinis anni 1850, ubi censuram de poetarum bucolicorum et didacticorum editione Didotiana fecit, p. 573 sq. dixit se multa milia versuum a Manuele Phile conscriptorum in Hispania et Italia a se descripta propediem editurum esse, num id effecerit, non exploratum mihi est.

Verum redeundum ad *Xenophontem* est, cuius scriptis ego pro meis viribus et opibus, qualescunque eae sunt, opitulari cupio. Venio nunc ad opus lepidissimum, *Oeconomicum*. Cui quamquam non defuerunt viri docti, supersunt tamen quae si minus ab ingenio, at a codicum copia auxilium suum aliquod exspectare possint. Praeter alia de hoc libro iudicandi adiumenta codicum Parisinorum quattuor novam a me factam collationem habeo, quos quidem codices Gailius nominat A. B. C. D., quumque instituerim Gailii operam explere et ad finem quendam perducere, hoc quoque loco id potissimum agam, ut Gailianas notas aut corrigam aut suppleam. Non licebit autem tam copiose et plene id efficere, quam factum supra est in Historiae graecae parte priore, in qua enarranda, si speciosiora quaererem, pergendum mihi fuisset. De nonnullis tantum Oeconomici locis a me agetur, ut quae sit Gailianae annotationis fides, intelligatur; id quod eo magis concedendum erit, quum Gailius in hoc libro paullo diligentius versatus esse videatur quam in illo et libri manuscripti pene eiusdem nec optimae notae sint. Spicilegium levidense est.

Oeconomici caput I.

2. Lacuna in A. est, non est in B. δυνάμεθ' ἂν C. D. — 4. φέρει (superscr. e corr. οι) τ' ἂν A. Corrigunt φέροι Mehler. Conv. 82. Cobet. Mnem. VII, 80, hic quidem μισθὸν φέρεσθαι dici negans. Vid. 7, 27. — 10. εἰ μὴ ἀποδ. A. — 13. τὸ ὑοσκύαμον C. D. Deinde αὐτὸ C, sed pronomen, quod B. non habet, suspectum fuit Cobeto Mn. VII, 83. Idem vero quod mirum esse

dicit neminem vidisse §. 16. αἰσθανώμεθα scribi oportere, hoc ante eum Germani, quos vir doctus parum cognitos habet, viderunt satis multi, veluti Schneiderus in censura editionis Reisigianae, ad quem accedit Heindorfius apud Schneiderum in curis secundis, praeterea vero Kerstius, Breitenbachius, Dindorfius in editionibus, Heilandus in censura Breitenbachianae. Idem scribi voluerat Mehler. Conv. 82. Atque ita scriptum est in A. et e corr. in D. — 17. εὐπατριδῶν ἐνίων γε δοκούντων εἶναι est etiam in C. — 18. καὶ τίνες δή εἰσιν οὗτοι ἔφη A. C. D. Vulgatam, quae est in B. E, iniuria perturbatam dixit Weiskius. — 20. περιπλεγμέναι B. — 22. Lacuna non est in A. C. D. ἡβῶντας A.

Oec. II.

2. ἔγωγε A. C. D, ut etiam in Lipsiensi est. — 8. καὶ ante ἐπαρκέσειαν om. C. D, particula ἄν post hoc verbum, quam scribi iussit Heindorfius, scripsit Dindorfius, est in D, qui etiam ἀφθονίαν habet. — 9. νῦν δὲ κελεύεις προστατεύειν με σοῦ A. C. με σου D. — 15. εἰ καὶ εἰ ὕδωρ A, in margine ἤ pro priore εἰ, nihil praeterea. Quod Cobetus Mn. VII, 84. εἰ ante ἄλλοσε tollendum, ἄν ante εἰδότας scribendum censet, coniunctionis repetitionem equidem facilius fero, ἄν etiam Heindorfius desiderabat. Verum in A. deleto εἰ e corr. est καὶ ἐπὶ πῦρ.

Oec. III.

2. πολλὰ δ' ἀνιῶντας A. D. — 4. καὶ ante παραμένειν om. C. D, οὐ ante καὶ τοῦτο om. D. — 7. Post κωμῳδῶν Cobetus Mn. VII, 84. inserit τε καὶ τραγῳδῶν, quorum commemorationem omitti mirum profecto videtur. Melius vero ille scripsisset τραγῳδῶν τε καὶ κωμῳδῶν, ut paullo infra, et Dionysiis certe magnis trilogiam cum comoedia agi solitam esse, contra Hermannum Charicl. I. 321. docet Herm. Sauppius Script. Ac. Lips. phil. 1855. p. 20. Nec vero minus ingeniose Cobetus vulgatam scripturam confirmaturus scribendum censet ἐγώ σε οἶδα. — 11. ἔχοι C. Lacuna est etiam in D.

Oec. IV.

1. πρέποι ἄν C. — 2. σκιατραφῆσθαι fine ita correcto, ut ει sit, A. — 5. Etiam C. om. δασμούς. — 6. Quod Cobetus Mn. VII, 86. scribi voluit πέμπων ἐπισκοπεῖ, id iam Schneiderus in cura sua secunda voluit. Sunt enim ad exemplum editionis eius, quod in bibliotheca universitatis Vratislaviensis est, plurima ab ipso ad marginem adscripta. §. 8. πέμπων πιστοὺς ἐπισκοπεῖται. Sunt ἔφοδοι, de quibus v. Cyrop. 8, 6, 16. Verum quod Cobetus infinitivo ad πέμπει addito rariore illo quidem offensus mederi loco voluit, cf. Hellen. 3, 1, 7. πέμπουσιν οἱ ἔφοροι ἀπολιπόντα Λάρισαν στρατεύεσθαι ἐπὶ Καρίαν. 2, 22. Ἄγιδος πεμφθέντος θῦσαι. In his verbum πέμπειν secum habet verbi κελεύειν significationem. — 10. Altera lacuna non est in D. — 13. ἐπιμελεῖσθαι τούτων A. superscr. ται, antea τρέπεται supra alteram verbi partem. —

15. Hic locus emendationibus Batavorum egregie vexatus est. R. B. Hirschig Miscell. philol. nov. ser. fasc. 1. 1850. scribendum putavit βασιλεὺς om. ὁ — πρώτους — ἐν πολέμῳ — λέγοντα ὅτι — δευτέρους — ἐργαζόμενοι. Hoc vero est novum efficere Xenophontem. Vid. R. Klotz. Ann. Lips. 1851. p. 69. sqq. Cobetus Mn. VII, 87. et ipse ἐν πολέμῳ scribit, λέγοντα spurium habet. Ex quibus omnibus equidem articulum omissum tulerim. Bello boni etiam latine dicuntur. — 19. πλήν γε Ἀριαίου A. πλὴν Ἀριαίου C. D. — 24. Lectio ἢ ἀεὶ ἕν γέ τι φιλοτιμούμενος et suam a codicibus commendationem probabilemque sententiam habet et probata est Bachio, Kerstio, Dindorfio, Hertleinio, Mehlero Conv. 77, Cobeto Mn. VII, 90. Conferunt quum alia tum Aristoph. Plut. 413: Μή νυν διάτριβ', ἀλλ' ἄνυτε πράττων ἕν γέ τι. Verba apud Xenophontem delenda censuit censor Schneiderianae editionis Lipsiensis (1805. 2381.).

Oec. V.

8. πλείων τέχνη A. αντϊ s. l. A. τέχνη ante Cobetum apud Mehler. Conv. 48. iam Heindorfius deleri voluit. — 12. habet quidem A. θέουσα, sed cum signo correctionis in margine, ut tamen magis videatur θέλουσα quam θεὸς οὖσα (quod etiam Cobeto V. L. 9, Mn. II, 39. VII, 91. placet) scribi voluisse. — 13. τῶν κολουόντων maluit Heindorfius. — 15. προθύμως A. προθύμους C. Lacuna etiam in D. est. Ab initio Τὸν μὲν οὖν mavult Schneiderus.

Oec. VI.

1. ἃ ἀπέλιπες etiam C. ποιοῦντας D. — 5. καλουμένας C. habet in margine. — 7. οὕτως γὰρ A. C. οὕτως μὲν γὰρ D. ὅπερ C. D. — 11. ἑκάτερα ἂν ἀκούειν Heindorfius et Heilandus voluerunt, ἂν ἑκ. Cobetus Mn. VII, 93. Cf. 16, 9. ἐκεῖνό μοι δοκῶ πρῶτον ἂν ἡδέως μανθάνειν. Cyr. 8, 7, 25. Fons dictionis est ἡδέως ἂν ἀκούοιμι, v. 7, 9. 11, 13.

Oec. VII.

2. πρὸς τὸν θεὸν C. D. Antea quod Cobetus Mn. VII, 93. γέ omisit, Dindorfius Οὐδὲ ἂν νῦν γε scripsit, v. Klotz. Devar. part. gr. II. 1. 336. — 3. ἐπὶ τὸ C. D. κατατρίβω C. D. Lips. — 8. Praeter ea, quae Breitenbachius contulit, alia a viris doctis ad sanandum locum sanum allata sunt. πολλὰ μὲν εὐχομένη πρὸς τοὺς θεούς, πολλὰ δὲ ὑπισχνουμένη Heindorf. apud Schneid. Cur. sec. ἀμελήσοι id. γενήσεσθαι Bisschop. Ann. critt. ad Anab. 23. μὲν del. R. Schneid. Quaest. Xen. 32. De emendatione Hermanni etiamnunc dissentiunt Heiland. et Breitenbach. Ages. 5, 5. — 10. αὐτὴν non om. A. — 11. τοῦτ' ἐστὶ A. D, hic vero in marg. αι. περὶ ἐμοῦ A. τίν' id. marg. τίνα D. — 19. C. marg. γρ. ζώων. — 20. ἔχειν praeter D. om. C. — 21. στεγνῶν — παιδοτροφία om. D. αἱ om. id. — 22. ἔργα καὶ ἐπιμελήματα ante Cobetum Mn. VII, 95. deleri voluit Heindorf. — 23. παρεσκεύασεν A. C. D. — 30. τῇ μὲν γὰρ γυναικὶ C. D. — 42. φυλαξομένων C. D. φυλαξαμένων A.

Oec. VIII.

4. εὐχειρότατον A. C. D. οὕτω ἐπικώλυσιν iid. — 6. ἡ ante στρατιά om. A. C. D. τίς δ' om. C. D. θαυμάσειεν C. D. τίς δὲ A. — 10. καὶ σὺ μὲν, ὦ γύναι D. γύναι, τοῦ μὲν Lips. χώραν δὲ D. ποθήσει om. D. — 12. Lacuna, quam Gailius commemoravit, in C. est. — 16. ἐὰν δὲ καὶ πάνυ καλῶς bis habet C. — 17. εἰ οἱ μὲν τοῖς πλοίοις A. C. D, ita tamen, ut A. πλείοις habeat superscripto ο. εὐεύρετον A. C. D. Quod Cobetus Mn. VII, 125. εἰ ante μὴ εὑρήσομεν ac deinde verba πῶς οὐκ ἂν πολλὴ ἡμῶν ἀσυνεσία εἴη; additamentum dicit esse impudenter a sciolo Xenophonti affictum, non desunt loci similiter constituti, veluti Cyrop. 4, 2, 46. Nec magis opus est emendatione Curerii ad R. Equ. 12, 4. p. 109. πεπηγυίας pro βεβηκυίας scribentis. — 18. ἀγαθῶν etiam C. habet.

Oec. IX.

1. πῶς τὶ C. D. πῶς τί A. Ita volebat Heindorfius scribi, quem v. Plat. Hipp. mai. 297. e. ἐπισχνητό γε C. D. ὑπιχνῆτό γε Lips. — 2. τὰ πρέποντ' ἐνεῖναι ἑκάστῳ Heindorf. — 4. ἔχειν om. A. C. D. — 12. εὐφραινοίμεθα A. Quod Gailius annotat, ad C. pertinet. — 19. ῥᾷον om. C. D.

Oec. X.

2. ἔτι om. A. — 4. εὐθύς om. D. — 7. ὦ γύναι habet A, omittit D, ascribit in margine C. Qua in re si maior vis et gravitas inesset, Gailium etiam magis dolendum esset tam leviter in ea versatum esse. Scribit enim ille: Εφη ὁ Ισχομαχος (ω γυναι marg.) A. D. — 10. ἔφη om. D. ἔχειν C. D. ἣν δεῖ D. καί post ἐπισκοπουμένην delet Heindorfius, ante participium collocandum censet Schneiderus.

Oec. XI.

1. ἀμφωτέρω A. — 2. μεταρρυθμήσαιμι A. — 5. προβλέψας D. — 9. πάνυ γ' ἔφη A. C. — 11. ὑγιείας C. D. ὑγίας supra §. 8. est in A. Eiusdem margo πέρι significat post χρηματίσεως reponendum esse. Ita scribendum cum Leonclavio recte Hermannus et Cobetus Mn. VII, 129. censuerunt. De verbis, quae praecedunt, cf. Buttm. gr. II. 405. — 12. Articulum ante ὑγίεια om. D. ἐπιμελουμένω est in eodem. — 16. ἐπεὶ δ' ἂν ἔλθω C. — 18. ἐπεὶ δ' ἂν δὲ τ. γ. D. — 19. τῶ γὰρ C. D. καὶ τοῖς πρ. τ. ῥ. etiam in A. est. Idem vero om. καί ante ταῖς τ. πλ. Denique D. habet ἐπιμελίαις. — 22. Verba κατηγορεῖν — πολλοὺς e corr. scripta habet A. — 23. ὡς συμφέρει A. C. D.

Oec. XII.

3. Verba ὅταν δεηθῇς — ἀνήρ e corr. habet A. πειρῶ ὠνεῖσθαι D. — 5. δεήσειν C. — 6. ἔχει D. idemque ultimam litteram verbi διδάσκεις e corr. habet. ἔφην ἰσχ. C. ut tamen videatur ν in ο

mutatum esse. — 8. δὲ om. D. εὔνουσ superscripto σοι A. Hanc paragraphum codex Lipsiensis in extrema folii 95. pagina exhibet, alterius initio pergit verbis 19, 16. — τὸ ἐπιμελῆ εἶναι scribendum censuit Heindorfius aut ea verba delenda, eademque sententia est Cobeti Mn. VII, 130. — 11. ἐπιμελεῖσθαι etiam C. habet, πράττειν δυναμένων etiam D. ἐπιμελεῖσθαι scripsit Breitenbachius. Quam formam quum dubitetur a quibusdam num recte Xenophonteam dicas, cauti debemus esse in exemplis eius formae augendis, ac sequente paragrapho probabilius est scribi ἀδύνατοί εἰσιν ἐπιμέλεσθαι. V. Dindorf. Cyrop. (1858) Praef. p. X. Cobet Mn. VII, 130. — 14. μὴ δὲ ἐπιχ. C. D. τινας habet D. in margine. Hoc perperam annotavit Gailius, οἵ τινας pro οἵ τινες sq. §. esse in margine eius libri dicens. — 16. πρὸς τῷ φ. A. αὐτοὺς — ἀμελοῦντας e corr. C. δείξεται D. — 20. A. βασιλεὺς habet sine articulo. παχ. αὐτὸν e corr., antea αὐτῶν A. τἄλλα A. C. D. μάλιστα om. D.

Oec. XIII.

1. σοι βούλῃ D. μέλλοι A. C. Vid. 12, 5. — 8. ἀμελεῖ supra scr. η C. — 9. Quod Gailius de Y narrat, „πειθανωτερους (ι s. ει rayé)", de A. dici oportet. Idem deinde πυθανωτέροις cum ι s. υ habet. — 10. τὸν χρείσσω C. D.

Oec. XIV.

1. ἡ γῆ ἐπιτρ. A. προδεῖται D. — 2. τοῦ γε ἀπέχεσθαι Heindorf. et Cobet. Mn. VII, 131. λείπειν e corr. A. Antea fuit λυπεῖν. — 5. κλέμασι C. D. Alterum μ s. l. A. Ceterum quod de C. Gailius dicit, etiam de D. dicendum est. — 6. καὶ τούτων, ἔφη A. ἐγὼ καὶ τούτων ἔφη προςφέρων atque in margine οὖν post ἐγὼ habet D. προςφέρων delet Heindorfius, ad προςφερόμενος confert Plat. Civ. VIII. 563. d. — 9. τῷ πλέον A. — 10. τοῦτο γὰρ A. C. D.

Oec. XV.

6. δοκῶ μὲν A. δοκῶμεν C. D. — 7. τοῦτο δὲ εἰδώς, οὐδέν τι οἶμαι μᾶλλον ἂν ἐπισταίμην γράμματα ἐπίστασθαι ἠκηκόειν ἄν, deinceps iterans verba τοῦτο — γράμματα et pergens οὕτω δὲ καὶ D. — 9. Ἀλλ' εἴ μοι — γεωργεῖν om. A. C. D. Iidem μοι ante δοκῶ non omittunt. — 10. Duplicem negationem contra Cob. Mn. VII, 131. defendit Fr. Franke De particulis negantibus l. gr. III. 9. — 13. ἄλλως τε καὶ εἰ χρ. C.

Oec. XVI.

5. δὴ om. C. D. — 6. ἱκανὸς A. — 7. ψέγουσιν — ἐπαινοῦσιν C. — 10. οὐκουν A. τῷ om. etiam D. δεῖ bis habet D. — 11. ἐγὼ ἡ γῆ C. ἡ γῆ ἐγὼ A. sed cum signis veri ordinis β α. — 12. σχεῖσθαι C. D. χει marg. A. Heindorfius mavult σχᾶσθαι, quod idem fere sit ac χαλᾶσθαι. πόαν γε D. πόαν τὲ C. πόλιν A, ut λιν supra αν habeat. — 14. μᾶλλον ἡμῖν ὕλη A.

Oec. XVII.

1. τοῦ σπ. ὁρᾷς A. C. D. σπορoῦ D. ὥρας etiam Dindorfius seclusit. Cuius rei si una caussa sita est in vocabuli repetitione, me quidem illa non offendit. V. Born. Cyr. Schn. 5, 2, 31. — 2. ἀφήσει C. ἀφύσει (η s. υ) A. — 7. ῥιπτεῖν priore loco D, quod melius dicit Born. Conv. 2, 8. Idem liber deinde ἔφη οἱ μὲν aperte correctum habet e scriptura a Gailio enotata. — 8. A. ποτέρα ὂν in margine corrigit ποτέρα οὖν. — 10. γελάσας εἶπε A. C. ἕπεται ἐν ᾧ D. Deinde C. D. non γὰρ habent, sed καὶ post τοῦτο, non male. ἁδροὺς A. ἀδροὺς C. D. — 11. δία ἔφη A. D. — 12. ἔφην ἐγὼ C. repetit post vocativum. ὑπὸ τοῦ ῥεύματος D. non male. — 13. Lacuna et supplementum marginis est in C. κατηλυθέντι et ipsum suo loco et in margine correctum habet A. — 14. δέοι τὴν ὕλην ἔφην ἐγὼ C. Ita Dindorfius.

Oec. XVIII.

2. ληφθὲν D. — 3. ἐπ' αὐτοφόρῳ A. ἐπαυτοφόρῳ C. D. θερισμοῖς C. ἁλωᾶν C. D. — 5. τίνι τούτῳ C. δῆλον ὅτι, ἔφην ἐγὼ — ταῦτα μὲν τοίνυν, ἔφη om. A. addito crucis signo duplici. — 8. στενότατον A. C. D. Ita Dindorfius, qui ea de forma vide quae dixerit in Steph. Thes. εἰς τὸν κενὸν D.

Oec. XIX.

1. Lacuna, quam Gailius refert, est in D. — 2. κείμενη D. — 3. εἶδες · μὰ Δί' D. — 5. τριημιπόδιου A. τριημιπόδου C. Schneiderus antea πενθημιποδιαίου et τριημιποδιαίου mavult. — 6. λυκαβῦττὸν A. — 8. ὡς τάχυστα φύναι C. — 9. ἡ γῆ A. Similiter D. — 11. κατὰ ταῦτα A. C. D. περὶ τούτων ἔφην A. αὐένεσθαι A. supra scr. αι. — 12. ἄρα A. C. D. ἢ καὶ σ. iidem. — 14. οὐ δεινός. — 15. ἀναπεισθεὶς D. ἀναπισθεὶς A. — 16. τῶν τοιούτων A. C. D. — 19. ὀργὸν, in marg. ὀργῶν A.

Oec. XX.

4. οὐ γὰρ ἐπιμελῆται habet quidem C, at secundo loco et η supra ε scripto. — 6. Post ἃ γὰρ C. D. καί non omittunt. — 7. γινώσκουσιν C. D. — 9. γινώσκει iidem. — 11. ἐκποδὼν C. D. Codex A. utrumque habet accentum litterae ω. — 15. χρηματοποιῶν D. — 17. In A. est τὸ δὲ δὴ ἐὰν, in margine τῷ δὲ δὴ ἐᾶν. D. pergit ῥάδιον γεωργεῖν. — 18. In D. non est τάχεις, sed τάχει cum commate ea quidem forma, quae etiam alias lectorem fallat. — 20. τοσούτῳ διαφέρει A. Malebat Heindorfius τὸ ἢ καλῶς ἐργάζεσθαι, G. Hermannus τὸ δὲ δὴ καλῶς ἢ κακῶς apud Straubium Annal. Lips. Suppl. nov. V. p. 473. — 23. ἐξαργοῦ. — 25. φιλογεωργίαν et in margine φιλεργίαν D. — 28. οὕτω περ A. Verba praecedentia parum a Schneidero, viro optimo, intellecta esse, quum coniunctio repetenda esset, et extremo capite verbum νομίζειν suspectum

habendum, in Voigtlaenderi scidis manuscriptis non sine grata veteris amici pridem defuncti recordatione legi. Ceterum ut hic ποιοῦνται vitiosum habet A, ita infra οἰκοδομοῦσι cum ceteris. — 29. Loco ἔφη C. ἔ habet in fine versus. Deinde quod Gailius de scriptura codicis Y narrat, est in A.

Oec. XXI.

3. ἐπὶ τῷ ἐθελοντὰς A. C. D. εὐγνώμονές εἰσιν, ὥστε πλείω A. ἥκουσι id. ἥμουσι C. D. — 6. ἐγγίνεται, καὶ τὸ φιλοπονεῖν D, ut igitur verba ἐθελοπονία vel φιλοπονία τις — ἐγγίγνεται desint. — 8. ἕπονται D. Verba πολλαὶ χεῖρες — γνώμῃ idem liber addito signo consueto in margine habet. — 9. οὗτοι δὲ οἱ ἀνύτοντές εἰσιν C. D. — 10. κρατιστοῦσαι A. addito in margine signo dubitationis. Quod codicum auctoritate magnopere comprobatur et a viris doctis commendatur non paucis, Schneidero in cura secunda, ἑκάστῳ vero iniuria delente, Heindorfio apud eundem, censore editionis Schneiderianae Lipsiensi (κρατιστεῦσαι παρ' αὐτῷ) Ephem. Lips. 1805. 2881 sqq, de quo ipse Schneiderus conferendus Praef. Anab. XXXI; praeterea etiam Goellero Dionys. Hal. C. V. 50, Voigtlaendero, κρατιστεῦσαι a Cobeto Mn. VII, 138. tanquam novum quiddam proponitur. — 11. διὰ τοῦτο γε ὅτι ἐγὼ λέγω A. C. D. Pergit D. δόντα μαθεῖν. — 12. φείδονται cum signo corrigendi in margine habet A, ut supra. Idem liber μηδεὶς quidem ἀποθάνῃ habet, sed in margine μὴ δὶς.

Pauca addam de libro Xenophonteo, qui est *De venatione.* Nec vero ad eum librum quidquam e codicibus manuscriptis afferam. Nam neque duo Parisini codices denuo a me collati sunt et Vratislaviensis tam accurate a Carolo E. Chr. Schneidero denuo collatus atque in usum meum conversus est, ut collationis repetitione prorsus carere posse videamur. Erit, opinor, aliquod auxilium e novis codicibus exspectandum, veluti Marciano, Perusino, Madritensi. Nolui autem hanc scribendi opportunitatem praetermittere, quin aliquod certe ad Opusculorum Xenophonteorum editionem meam reciperem additamentum. Verum hic quoque magis in colligendo et addendo quam in quaerendo et inveniendo versabitur mea opera.

1, 4. Ἐτελεύτησε δὲ (Χείρων) ὕστερον ἢ ὡς Ἀχιλλέα ἐπαίδευσεν. Ad hanc scripturam defendendam nunc unum locum addo Plat. Hipp. min. 371. b: Οὐκ οἶσθα, ὅτι λέγων (Ἀχιλλεὺς) ὕστερον, ἢ ὡς πρὸς τὸν Ὀδυσσέα ἔφη ἅμα τῇ ἠοῖ ἀποπλευσεῖσθαι, πρὸς τὸν Αἴαντα οὐκ αὖ φησὶν ἀποπλευσεῖσθαι, ἀλλὰ ἄλλα λέγει; Vid. C. F. Hermann. III. p. XXV.

1, 6. Κέφαλος μὲν καὶ ὑπὸ θεᾶς ἡρπάσθη, Ἀσκληπιὸς δὲ μειζόνων ἔτυχεν, Cephalus adeo a dea raptus est, maiora vero illa sunt, quae Aesculapius attigit. M. Hauptius καὶ e suo loco inter δὲ μειζόνων transponi vult Philol. I. 650.

1, 12. Usus vocabuli ἐπιμέλεια absolutus, qui quamquam rarior est, non tamen a Xenophontea ac ne Platonica quidem dicendi ratione abhorret, hunc locum et eum, qui §. 5. est, a corrigendi voluntate tueri videtur posse. Vid. etiam 17.

3, 2. Vox αἰσχραί merito offendit censorem Opusculorum a me editorum Diar. Hal. 1840. Supplem. 38. p. 303. Quum enim reliqua adiectiva singulare quoddam vitium significent atque in sequentibus rebus quibusdam, in quibus inesse vitium dicitur, explicentur, neutrum de αἰσχραί dici potest, ut ex posteriore loco huc translata vox esse videatur. Nec quidquam simile in capite quarto est, ubi virtutes canum describuntur.

4, 3. Ex quo Elmsleius Eurip. Iph. T. 1480. formas imperativorum in ωσαν exeuntes ab Atticis abiudicavit, non defuerunt qui plurima eius modi exempla, quae in Cynegetico Xenophonteo inveniuntur, corrigenda putarent esse, veluti Dindorf. Anab. Oxon. 1, 4, 8. et Praef. p. XVI, Cobet. Mnem. VII. 422. Nostro vero in libello si non feremus, quid aliis exemplis fiet, quae apud optimos scriptores inveniuntur, satis multis? Vid. Krüger. Thucyd. 1, 34. Heiland. Quaest. Xen. 11.

5, 2. Quod Cobetus Var. Lect. 131. Mnem. III, 307. VII, 425. ad commendandam correctionem μαλκίουσαι proposuit, nondum eum fateor mihi persuasisse, ut a sententia mea recederem. Dindorfius μαλκιῶσαι scripsit. Neque quod ad Demosth. Philipp. 120, 7. ex Harpocratione repetitum est, ad nostrum locum pertinet.

5, 11. Quod Cobetus Mn. VII, 422. scribi iussit ἐγρηγόρῃ, pridem scriptum est a me et Dindorfio.

5, 31. Cobeti sententia p. 429. proposita, γάρ post ὅταν inserendum esse, ex eo genere annotationis est, ut post varios casus ad priscos errores delati nobis videamur. Simile quiddam dicendum de eo est, quod copiosius ille p. 447 sqq. de ingeniosis ac pridem hoc loco (ἐν χιόνι) et Hipparch. 5, 10. (ποσίνδα) receptis coniecturis virorum doctorum disputavit. Aliis in locis cautio adhibenda est, ne speciosis virorum Batavorum emendationibus vel emendandi conatibus decepti quae a nostratibus edocti sumus meliora obliviscamur. Veluti 6, 20. probabiliter videri potest κελεύσμασιν, 24. ἐγκελεύσμασιν flagitavisse Cobetus Mnemos. VII, 426. Alteram formam praefert Schneider. Plat. Civ. 407. b. Vera, ut solet, docuit Lobeck. Soph. Ai. p. 323. sq. Nec magis necessaria est correctio Mehleri Conv. p. 70. §. 23. ἐμβλέπουσαι scribentis. Cf. 10, 12.

7, 10. πάθημα pro μάθημα scribi vult Cobet. Mn. VII, 428, quod iam olim, quum Hesychius ἔκκυνοι dixisset νόσημά τι κυνῶν, fuit qui suaderet. Sed quum de institutione canum agatur, πονηρὸν μάθημα recte *malae educationis vitium* interpretatus est Kühn. Poll. 5, 65, quumque ἐθισθῶσιν antecedat, possis etiam *pravam consuetudinem* interpretari. Eadem vero verba πονηρὸν μάθημα de cane dicta sunt apud Arrianum Cyneg. 25, 9.

9, 18. scrib. τραχεῖς.

10, 3. Ad ea, quae de vocabulo κρανείας nunc etiam a Dindorfio recepto annotavi, addo Pausan. 1, 21, 8, ubi novissimi editores κράνεια scripserunt, quamquam Siebelis Diar. Hal. 1839. 30. p. 233. κράνινα defendit. Alia vero ratio est loci De re equestri 12, 12, quo referendi sunt loci Cyr. 7, 1, 2. Hell. 3, 4, 14. eorumque interpretes.

10, 9. ἐστήξεται etiam Cobeto Mn. VII, 423. displicet. Retinuit hic Dindorfius, Cyr. 6, 2, 17.

nunc ἐστήξει scripsit. Eadem vero utriusque loci ratio est. Vid. Frotscher. Anonymi gr. Or. fun. Friberg. 1855. p. 70. Futuri autem διώξω, de quo locus 12, 4. me admonet, aeque salva existimatio est atque mediae formae. Utrumque est apud Xenophontem.

11, 1. scrib. Πίνδῳ. Extremo capite memorabile exemplum est verbi cum neutro plurali (θηρία) compositi, primum quidem plurali (περιθέουσι), deinde vero singulari numero posito (εὑρίσκῃ, ὑπερπηδᾷ, ἁλίσκεται). Quod cavendum est ne sententia Dindorfii Praef. Anab. Oxon. XIII. parum intellecta credamus librorum inconstantiae deberi. Pluralis verbi consueto more maiorem numerum indicat, singularis de singulis bestiis cogitare nos iubet, quae quod scriptor narrat, facere et pati dicuntur. Diligenter, ut solet, de re omnino disputavit Heilandus Quaest. 4.

Postremo quem in repetita Schneideri editione Opusculorum cum Xenophonteo iterum edidi *Cynegeticum Arrianeum,* breviter hic ita perlustrabo, ut quasdam virorum doctorum emendationes addam et Palatinum codicem, in Heidelbergensi bibliotheca numero 398 insignitum, quem ego post meam editionem, sed ante Rud. Hercherum contuli, scriptorum Arriani minorum editorem diligentissimum, denuo inspiciam, num quid etiamnunc auxilii vel additamenti sit allaturus. Hercheri quidem diligentia et in commentationibus Philol. 1852. p. 278. sqq. 448. sqq. et in editione sua perpauca reliqua fecit, ut potius ab illo mea editio quam ipsius ex hac annotatiuncula aliquantum lucri repetere posse videatur. Quae vero e Palatino codice et Hercheri annotatione ad supplendam et corrigendam meam editionem pertinent, ea quamquam in promptu sunt, hic non placet indicare omnia. Est ille codex chartae pergamenae, formae quaternariae maximae, foliis 17—30, a. Cynegeticum continens, satis nitide scriptus, nisi ubi polluti quidam decoloratique loci sunt, υ pro β scribit, ν ἐφ. ubique exhibet, etiam in versu, qui est in capite ultimo, ut qui locus illic statim sequitur ναυσὶ scribendo, praeterea loci 14, 1. κυσὶ, in proposito indice c. 19. et 21. θηρῶσι exceptionem efficiant.

Index graecus est τοῦ κυνηγετικοῦ κεφάλαια erasis post articulum verbis aliquot. Post quartum decimum scriptum est caput undevicesimum. 32, 2. a verbis ἀλλὰ χρὴ θύειν codex novum caput incipit hac inscriptione: ὅτι δεῖ τοὺς κυνηγέτας θύειν τῇ ἀρτέμιδι, ut habeat capita 36.

Cap. 1. in inscriptione codex Palatinus in margine ὁ ξενοφῶν οὗτος e corr. habet. 14. ἐριδίτῳ Haupt. Philol. 1846. 614.

2, 3. Quod iam olim malui ταύτας δὲ, habet Palatinus, recepit Hercherus. Idem dicendum de scriptura Κᾶρες §. 5. Utrobique vulgatum retinuit Parisina editio. Liber P. κρῆτες· θηρῶσιν δὲ καὶ κελτοί.

3, 6. scripsit Hercherus ὀξέος. P. ὀξέως. Vid. ann. ad 24, 4. Lob. Phr. 348. Haupt. l. c. ἄπο (?) τοῦ ὀξέος.

4, 2. βραχὺ καὶ ἀγεννές P, prius male, alterum recte. ἔγωγε εἶδον postulavit Hauptius l. c., scripsit Hercherus.

5. inscr. corr. ὁποία. — 5, 1. ἀντήρχευεν P. Scrib. ἀντήρχεσεν. Deinde in libro est ἐπόθησεν η eraso. — 5, 6. ἱερωτάτη P. πραοτάτη Herch. — 5, 7. φαίνεσθαι Herch. ἂν φαίνοιτο Haupt.

8. inscr. διαγνωστέον perspicue habet P, in indice ipso litterae γνω non satis apparent.

9, 1. scrib. τὴν κύνα ἄν τις αἰσθ. — 9, 2. scrib. ἀφαιρεῖται, ut 11, 2. Vid. Bornem. Cyrop. Schn. p. 530, qui hic ἂν ἀφαιροῖτο ac deinde ὁπόταν scribi vult. Hic omnis locus etsi in libro P. pene dignosci ac legi non potest, §. 2. perspicue habet ἀφαιρεῖται. Esse in eo ἀναπαύοιντο non certo dixeris, sola enim praepositio apparet.

10. in lemmate scr. ταῖς et ταύτας δεῖ cum P. — 10, 2. τῇ δεξιῷ P.

14. in lemmate P. habet ποίωι καιρῶι, ut supra in indice. Ut 14, 5. est ἔστιν αἵ, ita 24, 3. ἔστιν οἵ in Palatino codice, idque Hercherus recepit. Ad ea autem, quae olim hoc loco annotavi, Arrianea exempla, veluti Anab. 1, 7, 17, ubi Gronovius, Millies ita, inquit, nunc nolo addere. Solet autem Arrianus scribere ἔστιν οἵ, ἔστιν αἵ. Loci Xenophontei, quos attuli, nunc intacti exstant. Ad Anab. 6, 2, 6. Dindorfius Hippocr. 750, d, ad Cyrop. 2, 3, 18. confert Plat. Min. 320, a. Mirum est autem quod etiamnunc grammatici nostri ἔστιν οἵ usitatiorem formulam perhibent. Vid. Haas. Reisig. schol. gr. 605. Lucubr. Thucyd. 7. sqq.

15, 1. ἐπιδειξάμενοι P.

16, 6. ad vocem ὁμωνύμωι margo P. verba ἤγ. ξενοφῶντι τῶ γρύλου, τῶ συγγραφεῖ a seriore manu adscripta habet.

18, 1. ὄνομα αὖ, τοῦτο P. Ita 20. extr. αὖ, σὺ id.

21, 1. ὅπως ἄν τωι πρ. P. — 21, 2. inter ἄρχυς et Ξενοφῶντι vocula est tam decolorata, ut recte legi non possit. Non est τῷ, similior est articulo τά. An fuit παρά? Articulus non additus est 30, 2. Sed v. Hercher. Philol. 1852. 459.

24. in lemmate scr. τὰ μεγ. θηρ. cum P. Locus capitis initio parum liquide scriptus in codice. Videtur τῶν post ἵππων esse, estque ἵππων a recentiore manu interlitum. Deinde οἱ ἵπποι habet C. Müllerus edit. Didot., suasit Hauptius l. c., recepit etiam Hercherus.

25, 1. ἡλικίαι P.

28. in lemmate μῖξιν P. Dubitant de accentu. Qui censuram fecit de Lobeckii Paralipp., quae in annotatione commemoravi, in Diar. Berol. 1838. II. 359, μῖξαι voluit, Fr. Ellendtius ib. 699. non probavit, quod G. Dindorfius aliique Soph. Phil. 106. προςμῖξαι scripserunt.

31, 3. ἀνυτέον, ut videtur, P.

33. in titulo scr. Περὶ τοῦ Κ. cum P.

34. 2. scrib. ὅσοις γε, ut scripsit C. Muellerus, suasit Hauptius, recepit Hercherus. — 34, 2. νηρηΐσιν P.